

**3676** Tibure in aede divi Petri LEONC.; in la chiesa di S. Pietro OTT.; in aede S. Petri in lapide corroso SIED.; in S. Petri in pavimento figuris parvulis et fugitivis ACC.; nella chiesa di San Pietro estramuraneo appellato, posta stranamente in terra nel pavimento, dove è tutto lograto et guasto LIG.; in S. Petri ecclesiae pavimento, quae intra coenobium Carmelitarum extat, incisa est marmori haec inscriptio litteris fugientibus et exolescentibus inter duos rivos quorum alteri ponticulus impositus fuit [his ultimis verbis significatur forma infra delineata] SVAR. Secundum modulum a Suaresio in f. 268 adscriptum tabula quatenus extabat in longitudinem videtur patuisse palmos Rom. 2 unc. 1, in latitudinem palm. 1 unc. 4.

M · SALLVI · DOMITIANO · AQ<sub>1</sub> .... foraminib  
 TRIBVS PRIMIS LONG SING<sub>2</sub> digitos ... alt  
 SING DIGITOS DECEM<sub>3</sub> QVIN<sub>4</sub> que  
 SVPRA FORAMEN IN LIBR  
 5 EST a QVAE DIMIDIAM OS  
 DIMIDIVM ALTVM DIGIT  
 DIMIDIVM ACCIPIET AQV<sub>5</sub> am ab hora  
 NOCTIS PRIMAE AD HORAm  
 EIVSDEM RELIQVA FORAMINA  
 10 LONGA SINGVL DIGITOS ...  
 ALTA SING DIGIT DECEM QV<sub>6</sub> inque  
 L · PRIMI SOSIAN AQ<sub>7</sub>

SINGVL FORAMINA Longa digitos  
 TRES ET DIMID ALTA digitos ...  
 15 ACCIPIET FORAMINI Bus .. ab hora..  
 AD HORAM DECVM am

Sex exempla extant, primum quod reperitur apud Siederum ms. f. 75' (inde pendent Rambertus Pat. f. 141; Apianus 189, 3; ex hoc Grut. 182, 5); secundum Accursii ms. f. 6' (inde et ex Siedero Muratori 483, 6); tertium Leoncini f. 3'; quartum Ligorii Taur. vol. 20 f. 13'; quintum codicis Ottob. 2970 f. 16; sextum Suaresii Vat. 9136 f. 266. Recensuit Mommsen huius corporis vol. VIII p. 448 ad n. 4440 (inde repetivit Lanciani *acquedotti* p. 325, qui praeterea typum Suaresii adscripsit).

Versuum divisionem retinent omnes excepto Siedero. A dextra fractam fuisse significant Leoncinus Siederus Ottob.;

a sinistra potest fuisse integra. — Formae vestigia utroque loco sic fere ut dedi exhibent codex Ottob. et Suaresius, hic in folio peculiari (f. 268), ubi etiam mensuras adscripsit. Eam partem formae quae restabat inter v. 12 et 13 etiam Accursius repraesentavit, Ligorius eius loco saltem spatium vacuum reliquit; idem videtur fecisse Leoncinus, unde in cod. Senensi vv. 13—16 exhibentur ut inscriptio peculiaris praescripto 'ibidem'.

1 SALLVI Sied. Acc. Ott. Suar., SALVI Leonc., SALI Lig. — POMPIANO Suar. — AO Leonc. — 2 PRIMIS] IRIMIS Leonc., FIRMIS Sied. — LONG] IONO Sied. — 3 SINGVLIS Leonc. — DECIM Leonc. Lig. Suar. — QVIN Sied. Acc. Ott., QVI Suar., OVIII Leonc., OVEN Lig — 4 SVPRA] SVIRA Leonc., S·VIR·Á Lig. — FORAMEN Sied. Acc. Ott., FORAMIN Lig. Suar., FORAMINI Leonc. — 5 EST NOVAE Sied., EST QVAE Lig., EST/// Acc., C·ESAQVAE Leonc., ISPARVAE Ott., ISLCVM Suar. — DIMIDIAMOS Sied., DIMIDIA·I·I·I·OS Leonc., DIMIDIAEIOS Ott., DIMIDIA/// Acc. Lig. Suar. — 6 ALTVM] MEVM Lig., FORAMEN Suar. — DIGI Ott., SIGN... Leonc. — 7 ACCIPIET AQV Ottob., CCCIIIHQV Suar., CCCII·IN·ACV Acc., CCCIIIHAOI Leonc., CCLIHAC Lig., CCII·IN·MON Sied. — 8 PRIME Ott. — HOR Sied., HORAM Leonc., HORAM·DEC Lig. — 9 RELIQVIA Leonc. — FORAM Lig. — 10 DIGIT·C Suar., DIGITOS Leonc. — 11 ALIA Suar. — DIGIT] DICLI Lig. — DECEMQV] sic Acc. Ott.; DECEMQ Suar., DECLARQV Sied., DECIAEQYE Leonc., DECIAQ Lig. — 12 L Suar., 1 Acc. Leonc., om. Sied. Lig. Ott. — PRIMI] PRIMIP Sied. — SOSI·AN Acc. Lig. Ott., SOSIIAN Leonc. Suar., SOLIAN Sied. (item Apian.; SOSIAN Ramb.) — AC Lig., AO Leonc. — 13 fin. L Suar., c Lig., d reliqui. — 14 TRIS Lig. Suar. — ALIA Suar. — 16 DECVM Sied., DE/// Acc., DIG·V·M Ott., DIG·VII Suar., DECIA Lig., DICANT Leonc.

Haec verba lacera nec mendis immunia lucem accipiunt inscriptione (nunc Corp. VI n. 1261) quam olim cum hac composuit Mommsen (*Zeitschr. f. gesch. Rechtswissenschaft* 15, 1850 p. 307) descripta Romae in Aventino, sed originis incertae (fieri potest ut et ipsa sit Tiburtina, cf. infra), in qua legitur ad hoc exemplum: *C. Iuli Hymeti, Aufidiano (fundo), aquae dueae, ab hora secunda ad horam sextam*. Similiter hic quoque singula capita — duo autem tantum extant — incipiebant a nomine possessoris (perscripto casu secundo) et fundi (perscripto casu sexto): *M. Sallui, Domitiano (fundo)* (v. 1), *L. Primi* [an *C. Iuli Caesaris l. Primi?*], *Sosiano* (v. 12); deinde accurate perscriptum erat quantum aquae et per quantum temporis singulis possessoribus ducendi ius esset. Cf. locus Frontini c. 9 (et ipse citatus a Mommsen l. c. p. 308), ubi ait de aqua Crabra: *ea est quam omnes villa tractus eius per vicem in dies modulosque certos dispensatam accipiunt*; item iuris auctores citati huius corp. vol. VIII p. 448. Huius autem Tiburtinae aquae curatores rem ita instituerant ut definirent per quot foramina singulis possessoribus aquam ducere licet, praeterea caverent de magnitudine singulorum foraminum. Interforamina ex quibus Domitianus fundus aquam accipiebat tria prima (v. 2) non eiusdem longitudinis erant cuius reliqua (v. 9) (aut longiora aut minus longa); alta videntur fuisse et haec et illa singula digitos quindecim, (v. 3 et v. 11, nisi forte hic fuit *decemqu[attuor]*); Sosianus fundus aquam accipiebat per foramina longa digitos tres et dimidium (vv. 13. 14). Vv. 4 et 5 mihi obscuri sunt, praesertim cum v. 5 videatur esse etiam lectionis plane incertae. Num id ipsum foramen, quod memoratur v. 4, dicatur in vv. 6. 7 altum esse digitos tot et dimidium, nescio. — Non potui inservisse hanc aquam, sed irrigationi fundorum appetet. *'Quel forami così lunghi e così alti mal s'addicono ad un aquedotto, mentre convengono ad un canale d'irrigamento'*, Lancianus ait p. 325. — Observandum est, ut in tabula illa Aventinensi, ita hic quoque numeros constanter omnibus litteris scribi, praeterea quemadmodum in illa legitur 'aqua decem duae', ita hic pro 'quindecim' bis esse 'decem quinque'. In re aquaria distributionem pedis in digitos sedecim in plerisque Italiae locis in usu esse, cum 'in popularibus rationibus', i. e. in urbe Roma, unciaria ratio etiamtum observetur, ait Frontinus c. 24. — Ut in hac, ita et in tabula Aventinensi supra memorata forma ductus erat delineata; cuius reliquiae extant in principio et inter vv. 12 et 13. Ceterum etiam Aventinensis tabula non spectabat ad unum ex eis ductibus qui urbi Romae aquam suppeditabant, sed ad aquaeductum aliquem suburbanum; possis conicere etiam Aventinensem tabulam origine fuisse Tiburtinam, cum unius ex possessoribus in ea memoratis C. Bicolei nomen alibi perrarum redeat in inscriptione Tiburtina supra n. 3654 et in sigillo figulino agri Tiburtini citato ad n. 3654, nam C. Bicoleius, ut est in inscriptione n. 3654, vel Biculeius, ut est in sigillo figulino, a Bicoleio non est diversus (N. aliquem Bicoleum V. l. novi ex inscriptione urbana Corp. VI n. 3692). — Praeter hanc tabulam et Aventinensem supra memoratam etiam Lamasbensis ex provincia Numidia edita a Mommseno huius Corp. vol. VIII n. 4440 similem elenchum possessorum cum notitia aquae ad unumquemque spectantis praebet.